



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724


Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1783

VD18 90119304

§. 1. Carolus Mediobarbus Visitator & Legatus Apostolicus ad Sinici
Imperatoris alloquium admissus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)



Inauguratio solemnis Innocentii XIII. Papæ.

HISTORIÆ
ECCLESIASTICÆ
CONTINUATÆ.
LIBER CCXXI.

CLEMENS XI. PONTIFEX MAXIM.
CAROLUS VI. ROM. IMP.

§. I.

*Carolus Mediobarbus Visitator & Le-
gatus Apostolicus ad Sinensium
Imperatoris alloquium
admissus.*

Sæc. XVIII.
A. C. 1721.

Propior tandem Mediobarbo Pontifi-
cis Legato Sinensis Imperatoris
Hist. Eccles. Tom. LXXI.

*Du Halde
Hist. Sin.
Imp. t. 3.*

A con-

Sæc. XVIII. A. C. 1721. conspectum subeundi spes affulserat; Tertio enim Calend. Januarii suæ Majestatis Nepos, unacum quatuor Mandarinis, aliisque duobus Aulicis ipsum visum ibat, Imperatoris nomine exponens, Pontificem apud Majestatem suam summo haberi in honore ac propterea se missum esse, ut ejusdem Legato prosperum gratularetur adventum; de cetero autem novitates antehac in vestas Majestati suæ displicere, eamque vereri, ne ulteriore dissimulatione contentiones inter Bonzios inde exortæ ingravescerent. Ad hæc Legatus Imperatoris benevolentiam erga Pontificem, honoremque sibi exhibitum grato animo rependens, perdemisse rogabat, quatenus sua Majestas alloqui gratia tam fervidis votis expetita illum honorare dignaretur, vicissim vero spondebat Legatus, nulli novitati locum fore; religionem enim Catholicam semper fuisse, & fore eandem, se autem impense supplicare, ut Imperator ab ea illud ipsum, quo ejus puritas a tanto tempore fuisset labefactata, auferri permitteret. Loquentem intercepit Pater Fan, eidem suggerens, quod ipse insolitis ab Imperatore honoribus esset cumulandus, dummodo Europæis indulgentior Tournonii Cardinalis indolentiam non imitaretur, secus acerbissima

*Señ. 2.
pag. 155.
Viani Legat. della
China p. 85.*

fima quæque forent devoranda, cui Sæc. XVIII.
 Legatus, se Majestatis suæ gratiam A. C. 1721.
 memori semper animo habiturum, duntaxat respondit. Eodem tempore Imperatoris jussu omnes Europæi, qui in Aula degebant, unacum P. Josepho Suarez Peckinensis Collegii Superiore idem salutationis obsequium Legato delaturi advenerant, quos ipse singulari affabilitate excepit, eosque hortatus est, ut & ipsi suas vires & operam jungere vellent, quatenus fidei Catholicæ puritas in hoc Imperio, & concordia inter Missionarios reddatur. Reposuit ceterorum nomine Pater Pareninus, se nil eorum prætermisuros, quæ ad majorem Dei gloriam, sacræ Sedis, ipsiusque Legati honorem conferre crederent, exiguam tamen concordix spem affulgere. Dies erat ultima Decembris, qua *Ly Pin Chum* Mandarinus Legatum cum itineris sui sociis ad Imperatoris alloquium conduxit, cui in suo folio sedenti Medio-barbus Europæorum more vestitus, atque in genua provolutus Pontificis epistolam porrexit, quam Imperator de Eiusdem incolumitate sciscitatus, *Cinfa* Eunucho tradidit, suamque vestem talarin martibus Scythicis pellitam, quam Sinenses *Vai Tau* vocant, exuit, eaque Legatum indui jussit, eumque etiam

Sæc. XVIII. tiam sibi convivam esse voluit. Ab-
 A. C. 1721. soluto prandio Imperator Legatum,
 quem quatuor Mandarini ad thronum
 deducebant, interrogabat, an præter
 ea, quæ Mandarinis jam exposuisset,
 alia Pontificis nomine referenda habe-
 ret? Legato autem respondente, se a
 Papa missum esse, ut de suæ Majestatis
 incolumitate certior redderetur, eique
 pro benevolentia religioni Catholicæ,
 & Missionariis exhibita grates repende-
 ret, simulque precaretur, ut eandem
 fidem in sua puritate per Pontificiæ
 Constitutionis observantiam conservari
 permetteret, cui Imperator respondit, se
 de hoc in proximo acturum colloquio,
 nunc vero se scire velle, quid apud
 Europæos cum alis depicti homines
 significarent, hac figura Angelos ex-
 hiberi, hocque modo eorum promptitu-
 dinem in exequendis Dei mandatis in-
 dicari, reposuit Legatus: Imperator
 vero regessit, Sinenses, si exactam
 Europæorum librorum notitiam habe-
 rent, fors hæc figuræ merum esse
 symbolum, quod nullum contineret er-
 rorem, intelligerent, nunc vero abs-
 dubio veritatem subesse, vix eis per-
 suaderi posset. His dictis tria panni
 frustra, quorum unum albi, alterum
 rubri, & tertium flavi erat coloris,
 Legato ostendit, interrogans, quis fidem
 adhibe-

adhiberet homini dicenti, rubrum esse album, & album esse nigrum &c. Quo hæc collimarent, probe intelligens Legatus, haud incunctanter reposuit, quod Christus, quamdiu erat in terris, suam religionem, resque ad eam spectantes ipsemet per se direxerit, post suam vero ascensionem in Cælos earum Judices constituerit D. Petrum, ejusque Successores, quibus, ne in fidei controversiis, earumque definitionibus aut in legis Evangelicæ intelligentia fallerent, vel fallerentur, specialem Spiritus S. assistentiam promisit: *Quomodo autem, opposuit Imperator, Pontifex de Sinensium ritibus judicare potest, quas ipse nunquam vidit, nec cognovit, sicut nec ego de Europæorum rebus, quas nunquam cognovi, judicare auderem?* Nunquam ea mens insedit Pontifici, respondit Legatus, ut de Sinensium religione judicium sibi arrogaret, sed duntaxat de fide Catholica, & de rebus, quæ circa eam vel permittendæ vel abrogandæ essent, judicat: Postea Legatus suam rogabat Majestatem, ut cunctis Europæis, si eam quoquo modo offendissent, veniam dare velit, pollicitatione facta, deinceps cunctos pacis fore studiosos, & neminem indignationi ansam præbiturum. His contentus videbatur Imperator, ac recedente Legato cunctos Missionarios,

Sæc. XVIII. rios, qui ad ejus servitium destinati
 A. C. 1721. erant, adesse jussit, singulosque inter-
 rogavit, quasnam scientias & artes
 profiterentur? quibus ad Imperatoris
 votum respondentibus, Legatus die
 prima Januarii dona a Pontifice sub-
 missa tradere jussus est.

§. II.

*Alterum Imperatoris colloquium cum
 Legato Apostolico.*

*Halde &
 Vian. l. c.*

Vespere ejusdem diei Imperator per
 Cinsu Eunuchum Legato, ut Pon-
 tificis dona summo mane porrigeret,
 denuntiabat, simulque Patribus Bar-
 nabitis Cesato & Ferrario indicabat,
 ut hi literas sibi a Papa commissas suæ
 Majestati die secunda Januarii trade-
 rent. Eadem igitur die Legatus cum
 omnibus Missionariis ad Imperatoris
 Palatium delatus, Pontificis dona ei-
 dem obtulit, qui mirificam ex illis læ-
 titiam capiens, vicissim ad Legatum va-
 ria hujus Regionis munera transmisit.
 Paulo post duo Eunuchi nomine Impe-
 ratoris Mediobarbo exposuere, I. quod
 ab hujus Missionis exordio sua Majestas
 minime recordetur, quod vel unquam
 ab ejus Majoribus, Proceribus vel sub-
 ditis injuria Christianis fuisset illata,
 secus ejusmodi vexationis reum severe
 casti-